

lum (VI 2025; Henzen act. fratr. Arv. p. XXIX). — 1) *Significatur annus p. Chr. 44, cf. infra not. 15.* — 2) *Postea ad cooptandos collegas fratres Arvales convenerunt in aede Iovis Statoris, in aede divi Iuli, tum, certe inde ab a. 78, in aede Concordiae vel in pronao eius aedis (cf. Henzen comm. p. 151).* — 3) *Consul fuit a. u. c. 740.* — 4) *Magister, scilicet collegii fratrum Arvalium.* — 5) *Cf. Prosop. imp. Rom. I p. 53 n. 269.* — 6) *Cf. supra N. 166 seq.* — 7) *Consul ut videtur a. 723 u. c., cf. Eph. ep. 8 p. 506. 519.* — 8) *Is qui consul fuit a. 738 u. c., avus Neronis.* — 9) *Consul a. 759, cf. supra N. 900.* — 10) *Consul suff. a. 755.* — 11) *Cf. supra N. 919.* — 12) *eidus traditur.* — 13) *In locum Augusti, defuncti d. 19 Aug. a. p. Chr. 14, alias Arvalis cooptatus d. 15 Dec.* — 14) *Nomen eius qui in locum Augusti cooptatus est, periit, vix casu, sed potius, ut coniecit Henzen, rasura antiqua, fortasse nomen fuit Cn. Calpurnii Pisonis damnati a. p. Chr. 20, cf. supra N. 93 not. 4.*

5027 — — isdem cos.¹ k. Mart. | in aede Concordiae, adstantibus fratribus Arvalibus, ex tabella imp. | Caesaris Vespasiani Aug. missas (*sic*) C. Salvium Liberalem Nonium Bassum² in locum C. Matidi Patruini demortui³ cooptamus. In collegio adfuerunt L. Veratius Quadratus, C. Vipstanus Apronianus, L. Maecius | Postumus, C. Salvius Liberalis Nonius Bassus. Isdem cos. | mag.⁴ C. Saloni Matidi Patruini, in eus (*sic*) locum successit, obiit magisterium | eodem anno isdem cos. k. Mart. P. Sallustius Blaesus⁵. Isdem cos. V id. Mart. | in aede Concordiae mag. P. Sallustius Blaesus, cooptatus in locum C. Ma[ti]di | Patruini, collegi. fratrum Arvalium convocavit flam[inemque⁶ nominavit] | L. Veratium Quadratum. | In collegio adfuerunt P. Sallustius Blasus (*sic*), L. Veratius Q[uadratus, L. Maecius] | Postumus, C. Iunius Mefitanus, A. Iulius Quadratus, [C. Salvius Liberalis] | Nonius Bassus. — —

Ex tabula marmorea, quae fuit Romae in hortis privatis, est in museo Capitolino (VI 2056; Henzen act. Arv. p. CII). — 1) Intelleguntur consules a. 78, quorum nomina praecedunt. — 2) Cf. supra N. 4011. — 3) Idem Patruinus magister fratrum Arvalium fuit eo ipso anno quo defunctus est, cf. infra. — 4) Magisterio. Mirum ita dici, quamquam iam defunctus erat Patruinus. — 5) Eodem die quo Nonius Bassus cooptatus in locum Patruini, magister in locum Patruini factus est Sallustius Blaesus. — 6) De flamme fratrum Arvalium cf. Henzen act. p. V.

5028 Isdem cos.¹ IIII k. Mart. | in pronao aedis Concordiae, habita sollemni prec[atione] | per M. Valerium Trebicium D[ec]ianum mag., in locum [P.] | Metili Nepotis L. Iulium Catum ex litteris imp. C[aesaris] | Traiani Hadriani Augusti fratrem Arvalem | cooptaverunt et ad sa[cr]a vocaverunt, ibique tabulae aperta[e si]gno [signatae quod] exprimit kaput Augusti, | [in quibus] scriptum [fuit]: imp. Caesar Traianus | [Hadrianus] Aug. fra[tribus Arval]ibus collegis suis | [salutem]. *In locum P. Metili Nepotis coll[ega]m nobis mea senten[tia coopto L.] Iulium Catum.* | [Ad]-fuerunt in collegio M. V[alerius Treb]icius Decianus | mag., Ti. Iulius Candidus Caec[i]lius Simplex, Ti. Iul[i]us | Candidus, Ti. Iulius Alexander [Iulianus, L. Iuli]us | Catus.